

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Cornelius Nepos perperam vulgo Aemilius Probus dictus,
De Vita Excellentium Imperatorum**

Nepos, Cornelius

Lipsiae, MDCCXIV

VD18 12591890

VI. Lysander.

urn:nbn:de:gbv:45:1-16472

amiculum dedit. Quotidie sic ⁸ coena ei coquebatur, vt, quos ⁹ inuocatos vidisset in foro, omnes deuocaret: quod facere ¹⁰ nullum diem praetermittebat. Nulli fides eius, nulli opera, nulli res ¹¹ familiaris defuit. multos locupletauit: complures pauperes mortuos, qui, vnde ¹² efferrentur, non reliquissent, ¹³ suo sumptu ⁴ extulit. Sic se ¹⁴ gerendo minime est mirandum, si & vita eius fuit secura, & mors acerba.

⁸ sic coena ei coquebatur] tenuis quidem, sed multis sufficiens. Plutarchus p. 484 δ'εἰπνον λιτὸν μὲν, ἀρκεῖν δὲ πολλοῖς. C.

⁹ quos inuocatos] non vocatos. Terentius Eunuch. V. 8. 29 inuocato vt sit locus, vbi Donatus: inuocato, non vocato significat. IN etenim auget & minuit dictionem. C.

¹⁰ nullum] per.

¹¹ familiaris defuit] nulli defuit, cui potuit rebus ex familia vel oeconomia defumtis gratum facere.

¹² efferrentur] ex suis aedibus ad sepulcrum.

¹³ suo sumptu] ex.

¹⁴ se gerendo] indem er sich also aufführete.

VI.

LYSANDER.

ARGVMENTVM.

1. Lysander, victis Atheniensibus apud Aegos flumen, superbe agendo in odium induxit Lacedaemonios, ex amicis suis decemuiros ciuitatibus constituens. 2. In Thasios subdolos & crudelis - - 3. Lacedaemoniorum reges sublaturus, oracula corrumpere conatus est. Absolutus crimine & Orchomenis auxilio missus occiditur a Thebanis, relicta oratione, qua molitiones eius prodebantur. 4. Se ipsum etiam prodiderat, elusus a Pharnabazo supposititio libello.

Lysander

Lysander Lacedaemonius magnam reliquit I
 I sui famam, magis ² felicitate, quam virtu-
 te partam. Athenienses enim in ³ Peloponne-
 sios ⁴ sexto & vicesimo anno bellum gerentes
⁵ confecisse, apparet. Id ⁶ qua ratione consecu- 2
 tus sit, latet. non enim ⁷ virtute sui exercitus,
 sed immodestia factum est ⁸ aduersariorum:
 qui quod ⁹ dicto ¹⁰ audientes imperatoribus
 suis non erant, ¹¹ dispalati in agris. ¹² relictis
 nauibus, in hostium venerunt potestatem. ¹³ quo

Cap. I. ¹ sui] nominis.

² felicitate] ex.

³ Peloponnesios] incolas Peloponnesi. Vid. Tab. II.

⁴ sexto] in.

⁵ confecisse] debellasse. Conficere hominem est op-
 primere, & viribus cunctis exuere. Cicero Catil. II. cap.
 II. gladiatori illi confecto & saucio (Catilinae) consules im-
 peratoresque vestros opponite. Conficere bellum est finire.
 Pro Lege Manil. c. 12 de Pompeii piratico, media aesta-
 te confecit: & ad Plancum Epist. X, 20 qui reliquias huius
 belli oppresserit, eum totius belli confectorem fore. C.

⁶ qua ratione] in qua.

⁷ virtute] ex.

⁸ aduersariorum] Ad nostrum Alcibiade c. 8. extremo. C.

⁹ dicto] in dicto f. iusso.

¹⁰ audientes] obedientes, eleganter obsequium hae
 forma describitur. Sic & Liuius V. 3 plebs nobis dicto au-
 diens & obediens sit. C.

¹¹ dispalati] dispersi, vagantes. Noster Hannibale
 cap. 5 multitudo dispalata. Sallustius Orat. de ord. Rep.
 Haec multitudo primum malis moribus imbuta: deinde in ar-
 tes vitasque varias dispalata. Nonius Marcellus dispalare
 interpretatur Separare, addens exemplum ex lib. 3 Sifen-
 nae historici: Dispalati ab signis digressi omnes ac dissipati.
 Et ex eodem: Tanto plures passim dispalantur. C.

¹² relictis nauibus] iuxta Aegos flumen in terram egressi
 plerique, corpus curabant. Plutarch. p. 439. C.

¹³ quo] ex.

D 3

facto

facto Athenienses se Lacedaemoniis dederunt.
 3 Hac victoria Lysander ¹⁴ elatus, cum antea semper ¹⁵ factiosus, audaxque fuisset, sic ¹⁶ sibi indulgit, ut eius ¹⁷ opera in maximum odium
 4 Graeciae Lacedaemonii peruerint. Nam cum hanc causam Lacedaemonii dictassent sibi esse belli, ut Atheniensium ¹⁸ impotentem dominationem refringerent, postquam ¹⁹ apud Aegos flumen Lysander classis hostium est positus, nihil aliud ²⁰ molitus est, quam ut omnes ²¹ civitates in sua teneret potestate, cum id se ²² Lacedaemoniorum causa facere simularet. namque undique, qui Atheniensium ²³ rebus ²⁴ studuis-

¹⁴ elatus] Vide supra ad Pausaniam. 2. 2.

¹⁵ factiosus] qui factionum & dissidiorum in Republica auctor erat. ein unrubiger kopff.

¹⁶ sibi indulgit] multa fecit, quae in aliis vituperaret, ipse vero in se haberet. Germ. er hielt sich viel zu gute, und zwar so, daß &c.

¹⁷ opera] ea.

¹⁸ impotentem] die sich nicht mäßigen konnte.

¹⁹ apud Aegos flumen] In Alcibiade cap. 8 & Conone cap. 1 hoc nomen repetitur: Stephano Byzantio & Tzetzi Chil. 2. v. 894 illo πόντις, oppidum significatur Thraciae Chersonesi: vulgo amnis esse creditur: aut statio naualis fuit, quia Diodorus XIII. 105 & Plutarchus Alcib. f. 211 classem ἐν αἰγῶς ποταμοῖς stetisse tradunt. Forte ita conciliari potest, ut amnis & oppido, quod praeterfluebat; & nauali, in quod effunditur, nomen largitus fuerit. C.

²⁰ molitus] er hat nichts anders zu unternehmen gesucht.

²¹ civitates] Graeciae.

²² Lacedaemoniorum causa] Sic publicum bonum privatis commodis saepe praetenditur. Hoc modo Lysander, ut Plutarchus observat p. 440, erat κατασκευάζομενος ἑαυτῷ τὴν τῆς Ἑλλάδος ἡγεμονίαν. C.

²³ rebus] dem staates

sent,

sent, eiectis, ²⁵ decem delegerat in vnaquaque ciuitate, quibus summum imperium potestatemque omnium rerum, ²⁶ committeret. horum in numerum nemo admittebatur, nisi qui aut ²⁷ eius hospitio contineretur, aut se illius fore proprium ²⁸ fide confirmarat.

Ita ¹ decemuirali potestate in omnibus vrbi- **II**
bus constituta, ² ipsius nutu omnia gerebantur. cuius de crudelitate ac perfidia satis est vnam rem, exempli gratia, proferre, ne de eodem plura ³ enumerando fatigemus lectores. Victor ²
ex Asia cum reuerteretur, ⁴ Thasumque ⁵ diuertisset, quod ea ciuitas praecipua ⁶ fide fuerat erga Athenienses, ⁷ proinde ac si iidem firmissimi soleret esse amici, qui constantes fuissent inimici, eam ⁸ peruertere concupiuit. vidit autem, ³

²⁴ studuissent] beförderlich gewesen waren.

²⁵ decem in unaquaque ciuitate] exceptis Athenis, vbi triginta erant. Vide in Thrasylulo cap. I & Diodor. XIV. 3. C.

²⁶ committeret] anvertrauete.

²⁷ eius hospitio] Plutarchus p. 440. Ciuitatum rectores creabat, neque ex virtute, neque ex diuitiis, sed res administrandas tribuebat pro amicitia aut hospitio.

²⁸ fide] in.

Cap. II. ¹ decemuirali potestate] Diodorus XIV. 13 vocat δεκαδαιχιου. C.

² ipsius] ex ipsius sc. Lysandri.

³ enumerando] i. e. in.

⁴ Thasum] insulam maris Aegaei Thraciam versus.

⁵ diuertisset] sc. iter: er die reise gewendst hatte.

⁶ fide] i. e. in.

⁷ proinde ac] eben so als.

⁸ peruertere concupiuit] ab Atheniensium partibus ad Lacedaemonios adducere tentauit. C.

nisi in 9 eo occultasset voluntatem, futurum, ut Thasii 10 dilaberentur, consulerentque rebus suis. ***

III Itaque decemviralem suam potestatem 1 sui ab illo constitutam sustulerunt. 2 quo dolore incensus 3 iniit consilia, reges Lacedaemoniorum 4 tollere. sed sentiebat, id se sine ope deorum facere non posse, quod Lacedaemonii omnia 5 ad oracula referre consueverant. Primum 6 Delphos 7 corrumpere est conatus. Cum id non potuisset, 8 Dodonam adortus est. Hinc quoque repulsus, dixit se 9 vota suscepisse, quae 10 Ioui Ammoni solueret, existimans se Afros

9 eo] negotio abducendi Thasios ab Atheniensibus.

10 dilaberentur] aus einander giengen.

***] Supplere, quae desunt, ex Polyaei lib. i liceat, in Herculis templo prolixè pollicitum, nemini eorum, qui se occultassent, id fraudi fore. Cum vero prodissent, paucis post diebus interfectos omnes esse. C. Cap. III. 1 sui sustulerunt] Lacedaemonii seu ephori. C.

2 quo] ex.

3 iniit consilia] er ist zu rathe gegangen.

4 consilia tollere] Graeca consuetudine infinitum verbum pro gerundio. Liuius pariter XXI. 54 non corpora curare tempus est. C.

5 ad oracula referre] vortragen der götter ausspruch zu hören.

6 Delphos corrumpere] oraculum, siue Pythiam, metonymice Diodorus XIV. 13 τὴν ἐν Δελφοῖς προφήτιν διαφθεῖραι χρέμασιν. C. Vid. Tab. II.

7 corrumpere] zu verblenden. sc. pecunia.

8 Dodonam adortus est] oraculum Iouis in Molosside, Epiri regione, vetustissimum omnium quae Graeci habuerunt, Herod. II. 52. vnde Iupiter Dodonaeus vocatur. Steph. Byzant. C. Vid. Tab. II.

9 vota suscepisse] er habe ein gelübde auf sich genommen.

10 Ioui Ammoni] oraculo Lybiae in Africa, consule Curtium IV. 7. C. facilius

facilius corrupturum. ¹¹ Hac spe cum profectu-
 ctus esset in Africam, multum eum antistites Io-
 uis sefellerunt. nam non solum corrumpi non
 potuerunt, sed etiam legatos Lacedaemona mi-
 serunt, qui Lysandrum accusarent, quod sa-
 cerdotes ¹² fani corrumpere conatus esset. Ac-
 cusatus ¹³ hoc crimine, ¹⁴ iudicumque absolu-
 tus sententiis, ¹⁵ Orchomeniis missus ¹⁶ subsidio,
 occisus est a ¹⁷ Thebanis apud Haliartum. Quam
¹⁸ vere de eo foret iudicatum, oratio ¹⁹ indicio
 fuit, quae post mortem in domo eius reperta est,
 in qua suadet Lacedaemoniis, vt regia potestate
 dissoluta, ex omnibus dux deligatur ad bellum
 gerendum: sed ita scripta, vt deorum videretur
²⁰ congruere sententiae, ²¹ quam ²² ille se habitu-

¹¹ *Hac spe*] in.

¹² *fani*] Ita vocantur *templa deorum*. vnde *profanus*,
 qui non dignus est, vt in fanum ingrediatur, sed cui po-
 tius ante fanum standum est i. e. *impurus, sceleratus*.

¹³ *hoc*] in.

¹⁴ *iudicumque*] constr. & *ex sententiis iudicum ab-*
solutus.

¹⁵ *Orchomeniis missus subsidio*] Orchomenus Boeotiae
 ciuitas, vti etiam quae sequitur, Haliartus. C. v. Tab. II.

¹⁶ *subsidio*] ad subsidium.

¹⁷ *Thebanis*] qui per insidias clam Lysandro, urbem
 Haliartum occupauerant, illoque succedente erum-
 punt, interficiunt. *Plutarch. p. 449. C.*

¹⁸ *vere iudicatum*] Lysandrum voluisse reges Lacedaemoniorum tollere.

¹⁹ *indicio*] ad indicium.

²⁰ *congruere sententiae*] *mit dem ausspruche der götter*
übereinzustimmen.

²¹ *quam*] sententiam.

²² *ille*] Lysander.

rum, ²³ pecunia fidens, non dubitabat. ²⁴ hanc ei scripsisse Cleon Halicarnasseus dicitur.

IV

Atque ¹ hoc loco non est praetereundum factum Pharnabazi satrapis ² regii. nam cum ³ Lysander praefectus classis in bello multa crudeliter auareque fecisset, deque his rebus suspicaretur ad ciues suos esse perlatum, petiit a Pharnabazo, ut ad ⁴ ephoros sibi testimonium daret, ⁵ quanta ⁶ sanctitate bellum gessisset, sociosque tractasset, deque ea re accurate scriberet. magnam enim ⁷ eius auctoritatem in ea re ⁸ futuram. ⁹ Huic ¹⁰ ille liberaliter pollicetur: ¹¹ librum ¹² gravem multis verbis conscripsit, in quo ¹³ summis eum effert laudibus: ¹⁴ quem

²³ pecunia] in.

²⁴ hanc ei scripsisse Cleon] Mos erat in Graecia, ut sophistae aliis orationes scriptitarent, quas hi ediscebant recitabantque tamquam suas. Plutarchus de Lysandro p. 447. Cleonis orationem edidit, λόγος ἐξ ἑραλίτα. C.

Cap. IV. ¹ hoc] in.

² regii] Persici.

³ Lysander praefectus classis] in Hellesponto, cum Pharnabazus hic maritimae orae, Hellesponto finitimae, auspiciis regis Persarum praeesset. Plutarchus f. 444. C.

⁴ ephoros] summos Spartanorum magistratus.

⁵ quanta] i. e. in.

⁶ sanctitate] iustitias, abstinentia, integritate. Cicero de Orat. lib. I. cap. 53 vir exemplum innocentiae, quo nemo neque integrior civitate, neque sanctior. C.

⁷ eius] Pharnabazi.

⁸ futuram] esse credebat.

⁹ huic] Lysandro.

¹⁰ ille] Pharnabazus.

¹¹ librum gravem] Plutarchus p. 444. ἐπισολήν. C.

¹² gravem] nachdrücklich.

¹³ summis effert laudibus] mit den höchsten lobsprüchen erhebt,

cum ¹⁵ legisset probassetque, dum obsignatur, ¹⁶ alterum ¹⁷ pari magnitudine, ut discerni non posset, signatum ¹⁸ subiecit, in quo accuratissime ¹⁹ eius auaritiam perfidiamque accusarat. Hinc Lysander domum cum rediisset, postquam ³ de suis rebus gestis apud maximum magistratum, quae voluerat, dixerat, testimonii loco librum a Pharnabazo datum tradidit. Hunc, ²⁰ summoto Lysandro, cum ephori cognoscent, ipsi legendum dederunt. Ita ille imprudens ipse suus fuit accusator.

¹⁴ quem] librum s. epistolam.

¹⁵ legisset] Lysander.

¹⁶ alterum] librum s. epistolam.

¹⁷ pari] i. e. in.

¹⁸ subiecit] untergeschoben.

¹⁹ eius] Lysandri.

²⁰ summoto Lysandro] nachdem er hat einen abtritt nehmen müssen.

VII.

ALCIBIADES.

ARGVMENTVM.

1. Alcibiades & vitiis & virtutibus, prout tempora poscebant, insignis; 2. optimis praeceptoribus usus, a multis adolescens amatus est, & ipse post multos amavit. 3. Belli dux contra Syracusanos delectus, in suspicionem venit, Hermas deiecisse, & mysteria domi facere. 4. Quo crimine domum vocatus, cum Thurios, Elidem, Thebas euasisset, deuocetur: quam iniuriam, Spartanis inferniendo, vindicat. 5. Sed his quoque suspectus, ad Tissaphernem venit, & Atheniensium exercitui conciliatus, res eorum insigniter auget. 6. Bene ob id domi exceptus, resacrat. 7. Sed apud Cymen minus felix, inuidia rursus grauatus, in Thraciam concedit: 8. ciuibus tamen apud Egos flumen bene, ut ut frustra, consulit, Lysandro incautos opprimente. 9. Ita spe patriae